Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 367



ſerti. Sociūcꝫ ſalu. poſſumus & ſociū ſalutis ſuæ oblitꝰ itelligere: & ſociū ſalutis ꝓ socioꝝ ꝑcipitato ſcilicet gubernatore. Ipē gubernaculo: vt oñderet nihil eē: qđ nō poſſet efficere. Hortatᷣ cꝫ viros. aut ipē dicit celeuma nā oratores dicūᷣ: aut qa cōſternati fuerant ꝑdito gubernatore. Clauū. Fuſtē gubernaculi. Iā ſenior madidacꝫ. cōtra illđ quia occurrebat gubernatorē natādi ꝑitū fuiſſe debere: addidit ſeniorē. Fluēs in veſte. cui veſtes fluebāt: honeſte locutꝰ eſt: ſic Iuuena. Et mľto ſtillaret penula nymbo. Riſere natātē vñ i ludis voluptas querīᷣ. Reuomētē. ſæpiꝰ vomētē. Aemľa piſtris eiuſdē rei ſtudioſa: vt Cic. ꝓ. M. Marcello Illo æmľo atcꝫ imitatore ſtudioꝝ meoꝝ Alias iimicū ſignificat Inſurgite. cōtra Lucanꝰ Atcꝫ i trāſtra cadūt Hectorei. aut fortiſſimi: aut reuera quōdā Getuľ. africanis: a ꝑte totū: nā getulia mediterranea ē. Syrtes vero iuxta libyā ſunt: ſic de ſyrtibꝰ Horatiꝰ Vbi maura ſꝑ eſtuat vnda. Fuiſſe aūt troianos in ſyrtibꝰ ille indicat locꝰ: In breuia & ſyrtes vrget miſᷣabile viſu. Ionio. Qñ iuxta charibdim nauigarunt. Maleæcꝫ. malea ꝓmōtoriū ē laconiæ ꝓuiciæ vbi vndæ ſūt ſeq̄ceſ. i. ꝓſecutrices: vt Capreæcꝫ ſeq̄ces illudūt. Prima. q. d. q̄ ſoleo. Mneſtheus. ſemꝑ ille victor. Hoc vicite. Loco victoriæ ſit poſtremos nō redire. Nephas. mō obprobriū. Aerea: fortis: vt & iunctos temo trahat æreus orbis. nā ærea nō ē puppis: ſed ꝓra Subtrahiᷣ cꝫ ſolū. vnicuicꝫ rei qđ ſubiacet ſolū ē ei: cui ſubiacet: vñ ē nauis ſolū marᷣ: & aer auiū: & ē verbū cuiꝰ ꝑlucida ſignificatio ꝑ naturā nō iueniᷣ. Riuis. more riuoꝝ. ac ſi riuati diceret. Furēs ai. Figurate dixit: vt ꝑſtans animi iuuenis Interior. ſiniſtior: Cic. In quē intus oia canere dicebāt Sal. legiᷣ introrſus prima aſiæ bithynia eſt. Iniquo. anguſto vt ſiluis iſedit iniqs. Procurrētibus: prominētibꝰ: & veluti obuiā venietibꝰ. Murice. ſaxi acumē eminēs ꝑ trāquillitatē. Moranᷣ. retro agūt. Legūt. Alii ꝑtereūt: ſed meliꝰ legūt. i. colligūt. nā ſequiᷣ Et fractis diſcentē currere remis Prona. vicina littoribus: vñ altum eſt lōge poſitum. Columba. vbicꝫ de his domeſticis columba Virgili. dicit. Perſ. vero ait Tenerocꝫ columbo es ſimilis. nam agreſtes palūbes vocantur. Exterrita pennis pēnarum cōcuſſione terrorem ſignificans: vt Timuitcꝫ exterrita pennis. Ales. non enim pennis timet: ſed timorem inducit.

DO. nihil habet Donatꝰ in his verſibꝰ qđ vľ mediocriter eruditꝰ deſiderare queat.

Aemulus CHRI. Oblitꝰ. & quia vt mulierc̄ľa lachrymauit. & qa ſuꝑ modū ſæuiuit. Aemula. eſt æmulꝰ qui alios aliqua re ægregia ſuꝑare nitiᷣ: Hoc ſi facimꝰ ne in virtute vincamur res laude digna eſt. non enim hoc facimꝰ vt cuiquā quicquā detrahamꝰ: ſed vt nos ipſos excellentes in ea re reddamus: Sin autem non quia virtutem diligamus: ſed quia alium florere doleamus vicere ſuꝑioreſcꝫ euadere nitimur inuidia id eſt: & propterea vitiū eſt. Menetæ autē & Sergeſti exēplo monet nos poeta: ne

Nec lachrymis caruere genæ: ſegnēq; menetē
Oblitus decoriſq; ſui: ſociumq; ſalutis
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta
Ipſe gubernaculo rector ſubit: ipſe magiſter
Hortaturq; viros: clauumq; ad littora torquet
At grauis vt fundo vix tādē redditus imo eſt
Iam ſenior: madidaq; fluens in veſte menetes
Summa petit ſcopuli: ſiccaq; in rupe reſedit:
Illum & labentem teucri: & riſere natantem
Et falſos rident reuomētem pectore fluctus
Hic læta extremis ſpes eſt accenſa duobus
Sergeſto mneſtheoq; gyan ſuperare morantē
Sergeſtus capit añ locū: ſcopuloq; propīquat
Nec tota tamen ille prior præeunte carina
Parte prior: partē roſtro premit æmula piſtris.
At media ſocios incedens naue per ipſos
Hortatur mneſteus: nūc nunc inſurgitte remis
Hectorei ſocii: troiæ quos ſorte ſuprema
Delegi comites: nunc illas promitte vires
Nunc animos: quibus in gettulis ſyrtibus vſi:
Ionioq; mari: maleæq; ſequacibus vndis:
Non iā prima peto mneſteus: neq; vicere certo
Quāq̄; o ſed ſuperēt: qbus hoc neptūne dediſti
Extremos pudeat rediiſſe: hoc vincite ciues
Et prohibere nephas: olli certamine ſummo
Procumbūt vaſtis tremit ictibus æra puppis
Subtrahiturq; ſolum: tū creber anhelitus artus
Aridaq; ora quatit: ſudor fluit vudiq; riuis
Attulit ipſe viris optatum caſus honorem:
Nanq; furēs animi dū prorā ad ſaxa ſuburget
Interior ſpacioq; ſubit ſergeſtus iniquo
Infœlix ſaxis in procurrentibus hæſit.
Concuſſæ cautes: & acuto in murice remi
Obnixi crepuere: illiſaq; prora pependit
Conſurgūt nautæ: & magno clamore moranᷣ
Ferrataſq; trudes: & acuta cuſpide contos
Expediunt: fractoſq; legunt in gurgite remos
At lætus mneſtheus. ſucceſſuq; acrior ipſo
Agmine remorum celeri: ventiſq; vocatis
Prona petit maria: et pelago decurrit aperto.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0366
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG